



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII

**OBITVM
VIRI**

**SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLIS-
SIMI ET EXCELLENTISSIMI,**

**DOMINI
CASPARIS
LOESCHERI,**

**SS. THEOL. DOCTORIS, EIVSDEMQUE PROF.
PVBL. PRIMARI, SACRI SENATVS, ORDINIS THEOLOGORVM,
ET TOTIVS ACADEMIAE SENIORIS, MVLTQ GRAVISSIMI, AEDIS
PAROCHIAL. PASTORIS ET SACRORVM, IN CIRCULO ELE-
CTORALI, ANTISTITIS SVPREMI, MVLTIS MERITIS
VENERABILIS,**

IPSISEXEQVIIS,

POSTRIDIE EIDVS SEXTILEIS A. O. R. ∞ 1600XVIII

MAGNA PATRVN ET CIVIVM FREQVENTIA

DVCTIS,

LVCTV ET DESIDERIO PROSEQVNTVR

**CONVICTVS HILDEBRANDIANI
SODALES**

VITTEMBERGAE TVPIS CREVSIGIANIS





Rrudelis nimium Lachefis! quanam acta
Megaera,
Auters immiti lumina magna manu?
Experti loquimur, te expertis credere,
fas est,

Monstrabit mentem, quod referemus, opus.

Vix bene finierat luctum, quem, HORNIO a-
dempto,

Leucoris, in lacrymas, atra, soluta, tulit.

Ecce, nouo Patres LOESCHERVS funere turbat,

Atque male obductum uulnus hiare facit.

Raptus es, heu! VENERANDE SENEX, obmur-
murat Albis,

Squalidus et largis imbribus ora rigat.

Dicite, Thespiades, nam Vos memorare potestis,

Cur feriunt Pindum fulmina tanta sacrum?

Irarum tantum terris cur misit Olympus?

Abstulit eximios cur breuis hora Viros?

Alter erat legum Interpres, cui, fulminis instar,


Multus honorato decidit ore sonus,

Seu sensus, Astraea, tui secreta referret,

Seu querulo cuperet contuluisse foro,

Soluere oporteret seu linguam, in Principis aula,
Aut alibi, uerbis gratia culta fuit.
Alter solerti sensus indagine nouit
Scripturae, secuit difficilesque nodos.
Doctrinaeque pio uerae inflammatus amore,
Excussit scriptis abdita multa Patrum.
Nec minus, et, quamuis effoetae corpore uires
Starent, rite tamen munere functus erat.
I nunc, cum Batauis, nos, Zoila, Teutonas affla,
Gallia, sint Nostris nomina parua Viris.
Hic nostris adstat meritis LOESCHERVS, et, omnis
Ne pereat Patriae gloria priuata, facit.
Surgat nunc aliis millefima pagina chartis,
Ordine, dent, nullo, dent bona mista malis.
Non, LOESCHERE, suis, uendis, confusa lupinis
Aera, stupet quiuis, quod facis autor, opus.
Ingeniosa alii committant furta, canantque,
Aut paria, aut eadem, quae cecinere Patres.
TV noua multa doces, cumulas non cocta recocta,
Nullum furtiuae cernitur artis opus.
Seu cupis Ipse Tuam linguam sermone Quiritum,
Soluere, seu Nostro, uerba diserta fluunt.
Ast nunc, DIVE, siles, communi morte peremte,
Omnia nunc Tecum gaudia nostra rapis.
Quisquis adest, crebris auras singultibus implet,
Inque domo planctus angulus omnis habet.
Soluimur in lacrymas ipsi, non mittere fletus,
Nec, pietas, intus nos tenuisse, finit.
Haec nos: cum nostris moestos Academia luctus
Miscet, et, eximium, flet, periisse Virum,
Nudatumque ferit repetito uerbere pectus,
Et stillant lacrymis lumina moesta pii.

Illacrymata Viro, lugubri cingebat amictu
Corpus, et ingenua talia uoce dabat:
LOESCHERVS, longis gratus mihi Doctor ab annis,
Emoritur: quis me nunc, uelut ille, docet?
Quis regit infans puppim nunc rector in undis,
Quo minus in mediis fluctibus illa natet?
Dixerat illacrymans: subito uox faucibus haeret,
Et lacrymae dictis addere plura uetant.
Sed tamen in tanto nos haec solatia planctu
Demulcent iterum, membraque fessa leuant,
Quod tantum exuuias rapiat Libitina Theandri,
Nomen at in docto quilibet orbe canat.
Non omnis moreris, peris orbis gloria docti,
Non peris, in Natis gloria Patris adest.
Interea angelicas inter laetare cohortes,
Nomen ad Albiacas, DIVE, loquemur aquas.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118



OBITVM
VIRI
 SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLIS-
 SIMI ET EXCELLENTISSIMI,
DOMINI
CASPARIS
LOESCHERI,

SS. THEOL. DOCTORIS, EIVSDEMQUE PROF.
 PVBL. PRIMARI, SACRI SENATVS, ORDINIS THEOLOGORVM,
 ET TOTIVS ACADEMIAE SENIORIS, MVLTQ GRAVISSIMI, AEDIS
 PAROCHIAL. PASTORIS ET SACRORVM, IN CIRCULO ELE-
 CTORALI, ANTISTITIS SVPREMI, MVLTIS MERITIS
 VENERABILIS,

IPSISEXEQVIIS,

POSTRIDIE EIDVS SEXTILEIS A. O. R. ∞ 1668
 MAGNA PATRVN ET CIVIVM FREQVENTIA
 DVCTIS,
 LVCTV ET DESIDERIO PROSEQVNTVR

CONVICTVS HILDEBRANDIANI
 SODALES

VITTEMBERGAE TYRIS CREVSIGIANIS

